



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. III. De Bastaris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

non debet tribui auxilium extraordinarium. Exemplum elegans est in l. 1. §. illud 16. ibi: Si potest aliis heres ad suum pervenire, non esse honorariam hanc actionem tribuendam. Si is qui testamento liber esse iussus erit. Exceptio (1) est, nisi contra diversos detur ordinarium & extraordinarium remedium. Sic enim cum pupillo (verbi gratia) vel minori diversa contra diversos competunt remedia, l. 2. C. si tut. vel cur. interven. adeo electio minori competit, ut etiam adversus ipsam electionem restituatur, l. ult. C. dist. tit. Scot. an. b. pag. 180. vid. Cujac. ad lib. 48. Pauli ad Edict. in l. 18. si vicinas. & seqq. de damn. infect. p. 709. & 110. (2) Monent alii generalius: regulam hanc accipiendam esse de remediis

subordinatis; non de coordinatis, ut in l. ult. de priv. at. delict. Sic licet dolus sit pro possessore, & Rei vindicatio detur ei qui dolo possidere desit: l. qui petitori 36. in fin. princip. de Rei vendic. Nihilominus tamen adversus specialem dolum alienantis datur restitutio. l. un. C. de alienat. judic. mut. caus. fact. vid. Wesenb. in parat. C. in quibus causis in integr. restit.

VI.

Non negligentibus subvenitur, sed necessitate rerum impeditis, l. Non enim 16. ff. Ex quibus causis major. sicut nec iis qui luctandi causa ex alterius poena vel damno auxilium sibi impartiri desiderant, l. sciendum 18. d. r.

FINIS LIBRI PRIMI.

Cetera ad hanc literam A. pertinentia B. Lector inveniet infra in Calce totius Operis, quia Augmentum paulo tardius elaboratum fuit.



LIBER SECUNDUS.

CAP. I.
Balbutire.

Vi balbutit, articulata loqui posse censetur, l. 15. C. de testam. junct. l. 26. C. cod. ubi Jas. n. 2. Hinc est, quod balbutiens recte testamentum condat sine scriptura, recte stipuletur, tutor fiat, & omnia ea gerat, quae sine expressione verborum fieri nequeunt. Add. Carpz. p. 3. consil. 5. def. 2.

CAP. II.
De Bannitis, Banno.

Axioma I.

Bannitus durante banno non potest aliquid alienare de bonis suis. Paul. Fusc. singular. jur. lit. B. n. 6.

II.

Bannitus tenetur solvere collectas. Bert. in l. inter quos. §. damni. ff. de damn. inf. ubi DD. Dec. consil. 156.

III.

Bannitus amittit omnem successionem etiam legitimam in illo loco ubi bannitus est. Decian. consil. 64. vol. 3. n. 40. & consil. 86.

IV.

Bannum dicitur sententia interlocutoria non autem definitiva. Aret. in l. qui à latron. n. 7. ff. de rellam. unde Bannitus intermissam innocentiae probationem postea docere potest. Mynf. 2. obs. 88. & injuste banniens tenetur bannito de damnis omnibus. Vrv. decis. 355. lib. 2.

V.

Bannum unius civitatis seu provinciae non extenditur ad alias Civitates vel provincias. Wchn.

obs. pract. verb. 284. nec bannitus in alieno territorio capi potest. Socin. in l. 1. ff. de acquir. poss.

VI.

Banna sunt fructus jurisdictionis. Capyc. decis. 27. n. 30.

CAP. III.
De Bastardis.
Axioma I.

Bastardi non retinent agnationem, nec nomen familiae merentur & indigni omni beneficio dicuntur Dec. Vol. 2. consil. 472. unde non possunt portare arma domus. Marcus Mant. Vol. 1. Consil. 62. n. 7.

II.

Bastardos posse esse Doctores asserit Fusc. singular. jur. lit. B. n. 18. ubi scribit: exemplum patet in multis bastardis Doctoribus, sine quibus utrumque jus nostrum esset obscurum, ut de Bartolo, Johanne, Andrea, Jasone, & aliis infinitis. non enim est impedienda dignitas ejus qui nihil commisit. l. spuris in pr. ff. de decurion.

CAP. IV.

De Bello.

Vid. Rubr. Necessitas. Arma. Hostis.

Axioma I.

Ex bellis civilibus & nomina & materia variorum onerum nascuntur, l. 1. in princ. C. de Cad. toll. imò bellum causa primarum calamitatum humani generis est, Bald. in l. 1. col. 1. C. de serv. fug. perditio animae & corporis, Bald. ad l. 1. C. de cad. toll. Hinc etiam pax iniqua bello iustissimo est praefenda. Carpz. cum alleg. ad L. Reg. cap. 4. sect. 1. n. 11. cum quod horum calamitas intro- ducit,